



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ioannis Ioviani Pontani amorum libri II.

Pontano, Giovanni Gioviano

Venetiis, 1518

Ad Deianiram.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13534

d esinite o' teneræ crines ornare pueræ,
 Definite o' pexas arte ligare comas.
 Diffusat ipse uagus circum sua tempora crinis,
 Diffusat et mollis per sua colla coma.
 Definite et teneris cultum adiecisse labellis,
 Lasciuosq; oculis querere ab arte modos.
 Ornatus teneris hic sit Thelesina labellis,
 Non nisi grata tuo uerba ut ab ore fluant.
 Hic compus placidis Venerilla acedat ocellis,
 Gratia ut obtutu sit comes usq; tuo.
 Vis faciem, uis ora simul compisse Teriuma,
 Suspira, quoties obuius ibit amans.

AD DEIANILLAM.

b Asia cum strictis offens mihi clausa labellis,
 Deq; tuo nullus spiritus ore uenit,
 Nescio quid tum triste animum subit, ipsaq; nostro
 Frigescunt tacito basia in ore situ.
 At cum raptæ sonant mordacibus oscula labris,
 Mixtus et alterno spiritus ore coit,
 Meq; color, meq; et sensus, animusq; relinquunt,
 Inq; tuo iaceo languidus ipse simu.
 At tu cum dederis mihi suauia, consere linguam
 Inter labra, meo semper et ore fave.
 Ne pateant animo egressus, ne frigida lingua
 Torpeat, ipse tuo deficiamq; simu.

AD AMANTES.